

CONIECTANEUM: CIC. AD BRUT. 1,17,6

Keywords: Brutus, Cicero, Plutarchus, Textual criticism

Dominum ne parentem quidem maiores nostri voluerunt esse.

Omnium consensu codicum haec Marci Iunii Bruti sententia sic traditur in epistula eiusdem ad Atticum, quae in epistularum Ciceronis ad Brutum libello est servata (ad Brut. 1,17,6).¹ Eandem sententiam sic vertit Plutarchus (Brut. 22,4,5): οἱ δὲ πρόγονοι ... ἡμῶν οὐδὲ πρῶτους δεσπότης ὑπέμενον.

Quantum inter *parentem* et *πρῶτους* differre facile omnibus constat: propter hoc, non deerunt qui, ut A. Korais, *πρῶτους* correxerint in *πατέρας*, sed ineptius videtur.² Aliud enim Plutarchus dicit: tyrannos ne mitiores quidem maiores nostri tulerunt. Cur tamen ipse *parentem*, tantae perspicuitatis vocabulum, in *πρῶτους* vertit?

Mea quidem sententia, aut male intellexit Plutarchus, linguae latinae non semper peritus,³ aut aliter in epistulae exemplari erat legendum. In hoc textu *parentem* ut participium *parendi* nec vero ut nomen idem significans atque *patrem* legit Chaeronensis. Teste Thesaurο Linguae Latinae,⁴ hominem obsequentem, immo oboedientem (scilicet magistratibus, regibus, dis et similia), proprie exprimit participium *parens*, quod tyrannus vel dominis tribuendum difficillimum videtur, cum autem subditis cuidam regi propius conveniat.

Suspicio igitur fortasse legendum: *dominum ne parentes quidem maiores nostri voluerunt esse*.⁵ Id est: dominum quendam, immo tyrannum, maiores nostri (quos inter in primis Lucius Iunius Brutus, liberae rei publicae conditor et laudatissimus avus Marci Iunii Bruti⁶) ne oboedientes quidem (cum essent sub regibus) esse voluerunt.

1) D. R. Shackleton Bailey, Cicero. Epistulae ad Quintum fratrem et M. Brutum, Cambridge 1980, 144 (cum commentario 251–254: epistulam fortasse apocrypham censet; contra, L. Canfora, Il corpus ad Brutum, in Id., Le vie del classicismo. 3. Storia Tradizione Propaganda, Bari 2004, 127). In hac epistula Ciceroni amicitiam cum Octaviano in culpam vehementer tribuit Brutus, suspicans Caesaris haeredem filiumque occultius moliri ut tyrannus fieret.

2) K. Ziegler, Plutarchi Vitae parallelae, II/1, Lipsiae 1932, qui hanc correctionem laudat in apparatu, 222.

3) De Plutarchi non optima consuetudine cum lingua latina bene scripsit, variis cum exemplis, L. Gamberale, Un probabile errore di latino in Plutarco, Tib. Gracch. 13, 6, RFIC 123, 1995, 433–440. Vide etiam recentius G. Matino, Plutarco e il latino, in: Il miglior fabbro (Studi offerti a Giovanni Polara), Amsterdam 2014, 169–182.

4) ThLL 10, 1/1, 385, de participii huius verbi usu.

5) Sicut “diagnostische Konjektur”, secundum notissimam P. Maas sententiam, hoc coniectaneo utimur ad propriorem huius textus interpretationem suscitandam.

6) Qua de re praecipue scripsit ipse Plutarchus (Brut. 1,1: Μάρκου δὲ Βρούτου πρόγονος ἦν Ἰούλιος Βρούτος): “πρόγονος” etiam in hoc loco confirmat Marcum Iunium Brutum originem suam ab hoc celeberrimo avo laudavisse propter morum similitudinem et commune in tyrannos odium.

unt (de Tarquinio Superbo, qui regnum vertit in tyrannidem, a maioribus expulso hic significari plane intelligitur). Et facilius *dominum* in principio *parentes* in *parentem* traxit, ut legit Plutarchus, qui *dominum* et *parentem* coniunxit et igitur hanc iuncturam, propter lecturæ lapsus et aliquam sensus similitudinem (*dominus parens* sicut *dominus mitis* vel *clemens*), in πράους δεσπότης vertit. Conferri potest hic locus de Flavio Josepho desumptus (BJ 6,350: ῥίψασι δὲ τὰ ὄπλα καὶ παραδοῦσι τὰ σόματα χαρίζομαι τὸ ζῆν, ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ / πρώτος δεσπότης τὰ μὲν ἀνήκεστα κολάσας, τὰ δὲ λοιπὰ σώζων ἑμαυτῷ), ubi, in sua oratione contra Hebraeos seditiosos, πρώτος δεσπότης se ipsum appellat Titus, ad laudem suae clementiae versus hostes arma deponentes.

Clavarii

Sergius Audano

MARTIAL 6,40

Keywords: Martial, Epigram

In this brief poem, Martial contrasts his love for two women, Lycoris and Glycera, one of whom he fancies now and the other he fancied in the past:

*femina praeferrī potuit tibi nulla, Lycori:
praeferrī Glycerae femina nulla potest.
haec erit hoc quod tu: tu non potes esse quod haec est.
tempora quid faciunt! hanc volo, te volui.*

The language of the whole poem is based on the contrast and repetition of the same verbs and nouns in a slightly different way, firstly with *femina praeferrī potuit ... nulla ~ praeferrī ... femina nulla potest*, then with *haec erit hoc quod tu ~ tu ... esse quod haec est*, and finally with the brief *volo ~ volui*. The arrangement is broken only by the exclamation *tempora quid faciunt*. All this is recognised already by commentators.¹

Yet there is, it seems, still another overlooked form of repetition, reversal, and juxtaposition exactly appropriate to the patterns described above – namely, the telestichs *it ~ it*, the first being written top-bottom and the second being written bottom-top in reverse form. The sense of the verbs (‘she goes’ ~ ‘she goes’) is entirely appropriate to the subject matter of the poem, with Martial pondering two women whom he cannot have and who are, therefore, both ‘gone’. A crude sense may even lie behind the verb *ire* here, as elsewhere in love poetry: the women now go to other lovers’ beds (compare e. g. Mart. 12,75,1 *festinat Polytimus ad puellas*, Catull. 8,16 *quis nunc te adibit?*).² These telestichs, which not only frame the text but also em-

1) See L. G. H. Hall, Martial, Epigrams 6,40, RhM 160, 2017, 424–425.

2) See J. N. Adams, The Latin Sexual Vocabulary, London 1982, 175–176.